

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Homiliarius (Lectionarius) - Cod. Aug. perg. 16

[S.l.], [11. Jh.]

Beatus Augustus episcopus: Homilie zu der Evangelienlesung

[urn:nbn:de:bsz:31-6697](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-6697)

DIE SABB. PASTI

LEC. SCI. EU. SEC. IOH.

In illo temp. Cum sero esset die illo una sabbatorum. & fores essent clausae. ubi erant discipuli propter metum iudaeorum. Uenit ihc et stetit in medio eorum et dicit eis. Pax uobis. et reliqua.

OMELIA BENTII

AUG. EPI.
DE EADEM
LECTIONE.



VM

ESSET ERGO SERO DIE ILLO UNA SABBATORUM. ET FORES ESSENT CLAUSAE UBI ERANT DISCIPULI PROPTER METUM IUDAEORUM. UENIT IHC. ET STETIT IN MEDIO ET DICIT EIS. PAX UOBISCU.

Et hoc cum dixisset. ostendit eis manus et latus. Clau enim manus fixerant. Lan cea latus aperuerat. Ibi ad dubitantium corda sananda uulnerum sunt seruata uestigia. Moli aut corporis ubi diuinitas erat. Ostia clausa non obstiterunt.

Ille quippe non eis apertis intrare potuit. quo nascente uirginitas matris in uoluptate permansit. Causa sunt ergo discipuli. uiso dno.

Dixit aut eis iterum. Pax uobis. Iteratio confirmatio est.

Ipse quippe dat per pph&a pmissam pacem super pacem. Sicut misit me pater inquit. et ego mitto uos. Nequale patri filium nouimus. sed hic uerba mediatoris agnoscimus. Medium quippe se ostendit dicendo. ille me.

et ego uos. Hoc cum dixisset
 insufflauit et dixit eis. Acci-
 pite spm scm. Insufflando
 significauit spm scm non pa-
 tris solius esse spm. sed & suū.
 Quorum remiseritis inquit
 peccata. remittuntur eis.
 & quorum retinueritis. retin-
 ta sunt. Ecclesiae caritas
 quae per spm scm diffundi-
 tur in cordibus nr̄is. partici-
 pum suorum peccata dimittit.
 eorum aut̄ qui non sunt
 eius participes. tenet. Ideo
 postea quam dixit accipite
 spm scm. hoc continuo de
 peccatorum remissione ac de
 tentione subiecit. Thomas
 aut̄ unus ex duodecim qui
 dicitur didimus. non erat
 cum eis. quando uenit ih̄c.
 Dixerunt ergo ei alii discipu-
 li; uidimus dnm̄. Ille aut̄
 dixit eis; Nisi uidero in ma-

nibus eius figuram clauorū.
 et mittam digitum meum
 in locum clauorum. et mit-
 tam manum meam in latus
 eius non credam. Et post
 dies octo. iterum erant disci-
 puli eius intus. et thomas cu-
 eis. Uenit ih̄c ianuis clau-
 sis. et stetit in medio & dixit
 Pax uobis. Deinde dicit
 thomae. Infer digitum tuū
 huc. et uide manus meas.
 & affer manum tuam et mit-
 te in latus meum. et noli
 esse incredulus sed fidelis.
 Respondit thomas & dixit
 ei. Dns̄ ms̄. et d̄s̄ ms̄. Uide-
 bat tangebaturq. hominem.
 et confitebatur d̄m̄. quē
 non uidebat neq. tangebatur.
 Sed ppter hoc quod uidebat.
 atq. tangebatur. illud iam
 remota dubitatione cre-
 debat. Dicit ei ih̄c. Quia

uidisti me credidisti. Non autem
tetigisti me. sed uidisti me.
Quo generalis quodammodo
sensus est uisus. Nam &
per alios quattuor sensus
nominari solent. uelut cum
dicimus audi & uide quā
bene sonet. Olfac & uide
quam bene olet. Gusta
& uide quam bene sapiat.
Tange et uide quam bene
caleat. Ubiq. sonuit uide
cū uisus pprie non negetur
ad oculos pertinere. Unde
hic ipse dñs inquit di
gitum tuum et uide ma
nus meas. quid aliud ait
quam tange et uide. Nec
tamen oculos ille habebat
in digito. Ergo siue intu
endo siue etiam tangendo
quā uidisti me inquit cre
didisti. Quamuis dici pos
sit ita non ausum fuisse disci

pulum tangere. cū se offer
ret ille tangendum. Non
enim scriptum est. & tetigit
thomas. sed uide. Aspicien
do tantū. siue & iam tangen
do uiderit et crediderit.
Illud quod sequitur. magis
gentium fidem praedicat
atq. commendat. beati qui
non uiderunt et credi
derunt. Praeentis tempo
ris usus est uerbis. tamquā
ille qui quod erat futurū
in sua nouerat praedestina
tione iam factum. Sed iam
sermo iste plixitate cohi
bendus. Donabit dñs. ut
de his quae restant alias
disputemus.

DOM̄ OCT̄

PASCHAE

LEC̄ SCĪ EV̄ SEC̄ IOH̄